

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.





1690.

1. Stropheus, Joh. Christophorus: De furore Nekuadnegaris
2. Gambes, Paulus Gakhofers: De testamentis principum ordinandis
3. Olto, Johannes Georgius: Trage sedeo sive de pastore sive Liaca.
4. Schiltnerus, Johannes: De bonis laudemibus  
vcc. Const. de. a. 1322. 2 Sept. 1713: 1741.
5. Schragius, Fredericus: De causis actionum et interdictionum, quaeq. his inserviunt, petitorius et possessoriis judiciis.
6. Fentgravius, Joh. Trachimus: De jure commerciorum Tertii inter belligerantes ad Hugon. Grotii l. 3. j. 6. p. C. I. n. 5. 2 Sept.

1691.

1. Beckel, Johann Jacobus: De jure linguae 2 Sept. 1691  
i. 1751.
2. Reinschen, Joh. Jacobus: De collatione donationis vcc.  
143. C. de collat.



1691.

3. Schiltnerus, Johannes: De curiis Dominicatibus
4. Schragius, Fridericus: Symbolum scrutini electionis
5. Zentgrafius, Johannes Fridericus: De ciue ad histotel. 3  
part. 1.

1692.

1. Wincker, Jacobus: De pfalburgeris . . . . . occ. cap 16.  
Aureae bullae

1693.

1. Schiltnerus, Johannes: De vicariis Imperii Romano-Germanici.
2. Thomsen, Christianus Fridericus: De Electore octavo. Ed. 2.

1738.

3. Zentgrafius, Johannes Fridericus: De legum obaerorum  
forarium contra idololatriam unu publico politico in  
rep.
4. Zentgrafius, Joh. Fridericus: De equitibus et equestri-  
bus ordinibus.



1693.

5. ~~Zestgravius~~, Joh. Trachinus: De caede hostium captivorum  
ad Gregorius Prolis d. j. l. et p. l. IV c. IV 10. c. XI. § 13.

1694.

19. Schilterus, Johannes: De natura et origine juris publici.  
2 sumpt. 1694. - 1736.

1695.

16. 1. Bachmann, Georgius Bartholomaeus: De cautelis testamentorum.

Forum

2. Merbachius, Moricus: De doctore juris bullato.

1. 2. 3. van den Velde, Cornelius: De obligationibus, quae ex Ceteris

oriuntur





*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





*[Faint handwritten text on the left edge of the page]*

















DISSERTATIO SOLENNIS

De

CAUSIS ACTIONUM  
ET INTERDICTORUM,

*quæq; his inserviunt,*

PETITORIIS ET POSSESSORIIS  
JUDICIIS.

Cujus

PARTEM PRIOREM  
JUDICE SUMMO FAVENTE

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
*atq; EXCELLENTISSIMI,*

DN. FRIDERICI SCHRAGII,

Pandectarum & Jur. Can. in alma Treboccorum Uni-  
versitate Professoris meritissimi, p.t. Fac. Jur. Spectabilis Decani,

*Exhibet*

GUSTAVUS PHILIPPUS FABER, Lütz.

Auctor.

ANNO 1810 M DC XC. Die Maji.

*in Auditorio majori*

H. S.



ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.



62  
1690, 5.

82  
P



5  
SUIS  
IN REGIA HAC LIBERA  
REPUBLICA  
MÆCENATIBUS,  
PATRONIS,  
nec non  
PROMOTORIBUS,  
DOMINIS GRATIOSIS,

HOS

*Ingenij sese periclitantis*

FRUCTUS

Humilime


offert

*Obsequentissimus Cliens*

GUSTAVUS PHILIPPUS FABER.



⋆ (1.) ⋆



Σὺν τῷ Θεῷ,

De

# CAUSIS ACTIONUM & INTERDICTORUM,

*& qua his inserviunt,*

## PETITORIIS ET POSSESSORIIS JUDICIIS.

CAPUT PRIMUM

*De Causis Actionum & Interdictorum  
in genere.*

§. I.

**J**udex in primis illud observare debet,  
ne aliter judicet, quam Legibus aut Constitutionibus, aut Mo-  
ribus, proditum est: verba sunt Imperatoris in *pr. Inst.*  
*de Off. Judic.* Quo Officio ut rectè fungatur, cog-  
nitione Actionum & Interdictorum, §. I. & seqq. eod. ut  
Actiones & Interdicta probè cognoscat discernatque,  
notitiâ causarum opus habet. *Henr. Hahn de jur. Rer. cap. I.*  
*Concl. I.*

§. II.

Quod ad actiones attinet, omnium causarum, ex quibus  
inter aliquos apud Judices Arbitrosve, de quacunque re actio-

A 2

nes



nes moventur, summa divisio in duo genera diducitur: aut enim ex jure Personarum agitur aut ex jure Rerum. Jure Personarum, quod circa Personas competit, arg. *t.t. ff. & Inst. de his qui sui vel alien. jur. t.t. ff. de Patr. Potest. junct. §. 13. Inst. de Act. Tit. ff. de Liberali caus. Conf. Magnific. atque Consultiss. Dn. Schilter, Patronus, Præceptor & Cognatus meus ad bustum deveniendus: Exerc. π. 3. §. 19.* Jure Rerum, ut puta si cum eo agitur, qui nullo jure obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam, vel si cum eo agitur, qui obligatus est vel ex contractu vel ex maleficio, *l. 25. ff. de O. & A. §. 1. J. de Act. c. quoniam. de Concess. præbend. in VI.* Tres igitur horum jurium sunt quasi classes. Ad primam pertinent *jura Personarum*, Potestas scil. cum publica tum privata *l. 215. de V. S.* Ad secundam jura cum Universalia, ut jus universale publicum, item hereditas, Bonorum possessio &c. tum In re, nempe dominium, servitus, pignus, possessio. *l. 13. §. 1. C. de jud. l. 9. l. 10. l. 25. §. 18. de H. P.* Ad tertiam jus quod dicitur Ad rem sive Obligatio, eaque vel ex contractu vero & quasi, vel ex delicto vero vel quasi. *t.t. Inst. de Obl. & seqq. Titt. de Obl. ex quasi contr. de Obl. qua ex delict. & seqq. t.t. de Obl. qua ex quasi delict.*

§. III.

Ex jure Personarum sunt actiones Præjudiciales. Conf. Excellentiss. Dn. Præses, Patronus ac Doctor meus honoratissimus, *Disp. de jure Rerum Univers. c. 2.* Ex jure Rerum cum Universalium tum In re sunt Vindicationes. *l. 25. de O. & A. §. 14. & 15. Inst. de Act. junct. §. 1. & seqq. eod.* Et quidem, ex jure hereditario, Hereditatis petitio, *l. 3. l. 10. §. 1. & t.t. ff. & C. de H. P.* Ex Dominio Rei Vindicatio *d. §. 1. & t.t. ff. & C. d. R. V.* Ex jure Servitutis, actio Confessoria, *t.t. ff. si Ususfr. pet. t.t. ff. si servit. vind. §. 2. Inst. de Act.* Ex jure Pignoris vel hypothecæ, actio Serviana & quasi Serviana seu hypothecaria, *l. 17. ff. de Pign. & hypoth. l. 18. C. eod. §. 7. Inst. de Act. l. 1. in fin. C. commun. d. Legat. l. 2. C. de pignor. Prator.* Ex Possessione scil. Civili, seu qualificata, actio Publiciana, *t.t. ff. de Publ. in rem act. l. 12. §. 2. & 3. l. 11. §. 1. ff. eod. l. 7. §. 16. l. 13. pr. eod.* Ex jure Ad rem seu Obligatione, actiones Personales *d. l. 25. ff. de O. & A.*



O. & A. d. §. 1. *Inst. de Act. §. 8. & seqq. §. 15. eod. arg. l. 11. ff. d. O. & A.* Hinc, inquam, fuit divisio Actionum in Reales & Personales. vid. Ekolt. *de R. D. §. 3.* An enim actio aliqua intentata realis sit, an personalis, illud ex causa & medio concludendi colligendum. Vultejus *de Judiciis Lib. II. c. IV. n. 73. arg. c. litera tua. de Dilat. & ibi Gloss. in verb. in tribus annis.* Idem *1. Consil. XV. n. 30. cum allegatis, Decio, Consil. CXXXVI. n. 1. Consil. CCLI. n. 1. & Menochio de Recup. poss. Remed. XV. n. 249.*

§. IV.

Quamvis autem actiones reales & personales oriuntur ex dictis juribus, ut ita loquar, directò, per indirectum tamen, & quasi ex accidenti, oriuntur etiam ex istorum jurium læsione. Placet huc verbotenus repetere, quæ habet Dn. Biccus, *Rer. Quotid. Sect. III. §. 144.* Actiones in rem, inquit, quarum fundamentum est dominium, aut jus aliud quodcunq; in re, (adde & in Persona) constitutum, dantur quidem iis, qui aut jure Gentium, aut jure Civili dominium, vel jura illa in re, (vel in Persona) acquisiverunt, *l. 23. pr. ff. de R. V. attamen ad eas producendas, tanquam causa proxima, ex parte rei fugientis necesse est, intervenire possessionem, detentionem, moram restituendi, vel quodcunq; aliud factum, quo actori de jure suo controversiam movet, fac. l. 25. pr. ff. de Obl. & A. l. un. C. de alienat. judic. mut. caus.* Idem *Sect. IV. §. 1. & seqq. ex Dissertatione Locammer. de Causis action. §. 79. de Causis action. Person.* colligit, harum fundamentum esse, Jus Ad rem sive Obligationem, quæ alterum actori ad dandum vel faciendum astringat. *l. Obligationum. 3. ff. d. O. & A.* & competat illis, qui contractus invicem celebrarunt, sed non prius institui exerceri que posse has actiones, quam adversarius, qui rei seu fugientis personam sustinet, quod circa contractum deliquit, ex quo Leges actionem oriri voluerunt. Sicut autem Actiones modo ex jure Personarum modo ex jure Rerum oriuntur, ita præterea vel jus Publicum vel Privatum causam habent: ut ex Capp. seqq. constabit.

§. V.

Quod Interdicta concernit: Olim actiones tantum competebant, quando de re ipsa, sub ratione & jure dominii, vel



alterius alicujus Juris In re, quæstio movebatur, si autem non de re ipsa, neque sub istis respectibus erat controversia, sed tantum de possessione, h. e. de re sub ratione sive jure possessionis, Dn. D. Rebhan. beatæ memoriæ *Jur. Hodeget. Chart. II. Clim. IV. parallel. IV. & seqq.* tunc nullæ actiones Civiles ad controversias possessionum sopiendas erant propositæ, quod scil. LLatores Juris Civil. ob simplicitatem illorum temporum tam varias de possessione controversias nondum vidissent, ideo Prætor deficientibus Civilibus actionum formulis, (vid. tamen Dn. Schvwendendorff. *ad Eckolt. §. 13. de Interd.*) ne partes ad arma de venirent & violenter rem determinarent, Interdicta proposuit: DD. *ad D. Tit.*

§. VI.

Intelliguntur autem per Interdicta, (1.) Formulæ & Conceptiones verborum, quibus Prætor aliquid fieri jubebat, cum scil. de possessione aut quasi inter aliquos contendebatur, *pr. Inst. de Interd.* quæ Prætoris jussa utique præcessit narratio facti, postulatio Interdicti (2.) Interdicta sunt actiones ex Interdictis, quæ olim à Prætore certis casibus dabantur, hodiè ipso jure competunt. In quibus non minus, ac in actionibus Civilibus, distinguenda est facultas & causa persequendi.

§. VII.

Causa procreans Interdictorum alia Generalis est, alia Specialis. Generalis est Jus Possidendi: Specialis similiter u Actionum, quemadmodum supra §. 2. & seqq. innui, modo Jus Personarum, modo Jus Rerum, & utrumque vel Publicum vel Privatum, scil. ad possidendum non petendum effi-  
**tax.** *Ex jure Publico*, & quidem primò jure *Personarum* quæ oriuntur, sunt Interdicta, quæ dantur e. g. Abbati, de Monacho, c. 55. *pr. ff. de Appellat.* Civitatibus, de Incolis exhibendis, Magistratui de subditis, l. 37. *ad Municipal. arg. d. c. 55. pr. de appellat. arg. l. 23. C. de agric. & cens. l. un. C. de Colon. Palæst. Stamm. de servitut. person. Libr. III. c. 29.* Connan. *Comment. jur. Civil. 2. c. 10. n. 3. circa fin. add. Joh. Faber in §. præjudiciales Inst. de Act. Cuique de Populo*, actio scil. de libero homine exhibendo *t. t. ff. de*



*ff. de lib. hom. exhib.* Quo etiam spectant Interdicta, si quæ ex criminibus publicis & popularibus nomine læsi juris personarum publici competunt.

§. IIX.

*Res, ex quarum Jure Interdicta descendunt, sunt vel divini vel humani juris.* Ad *res divini juris*, in jure Justiniano spectat Interdictum unicum scil. *Ne quid in loco sacro fiat, l. i. ff. h. t.* Ad *res humani juris* spectantia Interdicta sunt vel locorum terrestrium vel aquaticorum, *l. i. §. i. ut in flum. publ. de Terrestribus* sunt e. g. Interdicta *De locis & itineribus publicis, Ne quid in loco publico vel Itinere fiat, Interdictum De loco publico fruendo, De Via publica & itinere publico reficiendo, De Via publica & si quid in ea factum esse dicetur.* Ex Interdictis locorum Aquaticorum primum est, *De Fluminibus, Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur; Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atq; uti priori æstate fluxit, Ut in flumine publico navigare liceat, De Ripa munienda, De quibus singulis specialiter in capite sequente.* Eodemque referri possunt interdicta ex criminibus publicis vel popularibus nomine læsi juris rerum Publ. competentia: Quemadmodum ex crimine *Vis publicæ, fractæ Pacis, termini moti, &c.* Item ex pactis publicis, transactionibus publicis e. g. pace religiosa, profana, læsis, conf. *Mind. Comm. VII. de Process.* ubi de Interdictis ratione scandali dati, publicæ pacis fractæ & tranquillitatis læsæ.

§. IX.

*Juris Privati species, ex quibus Interdicta oriuntur, sunt illa ipsa jura, ex quibus Actiones Civiles oriri supra dictum est.* Ex jure enim *Personarum* nascuntur interdicta, *De Liberto exhibendo, & De liberis exhibendis &c.* Ex jure *Rerum*, & quidem *Universali*, Interdictum *Quorum bonorum, l. i. pr. ff. de Interd. l. i. §. i. ff. quor. bonor. vid. tamen l. 29. & 30. ff. de Furt.* Ex jure *singulari*, & quidem *Dominii*, interdicta uti possidetis & utrubi, quotiescunque verum dominium respiciunt. Ex jure *Servitutum*, interdictum de *Itin. actuque privat. l. i. §. i. ff. de Itin. actuq; privat.* Ex *Pignore* Interdictum *Salvianum l. i.*

§. I.



*S. I. ff. h. t. & r. t. eod.* In specie ex Prætorio, Interdictum *Ne vis fiat ei. t. t. ff. ne vis fiat ei.* Conf. Dn. Præses *Introd. ad Dig. S. 3. eod.* Ex Possessione qualificata, non tamen verum dominium respiciente, interdicta *uti possidetis & utrubi l. 1. S. 1. l. 2. ff. uti possid. l. un. S. 1. utrubi.* Ex Obligatione & quidem delicti, Interdictum *de vi & vi armata, l. 1. S. 1. ff. de vi & vi armat. Quod vi aut clam. l. 1. pr. ff. h. t.* Unde & quo sensu Interdicta ista, sive actiones possessoriae, non minus ac actiones petitoriae, sunt vel reales vel personales, arg. *S. 1. Inst. de Act. l. 14. S. fin. ff. de Except. rei jud.* Ad contraria respondentem vid. Hahn. *eod. tit. n. 3. pag. m. 573.* dictis add. *l. 2. S. 2. ff. de Interd. l. 1. S. fin. ff. de Aqua quot. & estiv. l. 3. S. 10. de Itin. actuq. priv.*

*S. X.*

Quod autem supra circa causas Actionum realium & personalium dictum, quod scil. competant quidem ratione juris alicujus vel In re vel Ad rem, sed tunc demum, si ex parte rei factum aliquod intercesserit, actu intentari queant, & hic quoad Interdicta repetendum est. Non aliter enim causa possessionis seu jus possidendi iudicio possessorio, quam causa proprietatis seu jus petendi iudicio petitorio, fundamentum præstat. De quibus *Judiciis infra Cap. ult.* Hæc de causis Act. & Interd. in genere; nunc de singulis speciatim, & quidem primò de Action. & Interd. ex jure publico.

CAPUT SECUNDUM

*De Actionibus & Interdictis  
ex jure publico.*

*S. I.*

**A**ctionum quidem petitoriarum ex jure publico personarum jurisprudentia Justiniana non meminit. Quod enim in *l. 37. ff. ad Municipal.* de vindicatione Incolarum legitur, petitionis ex jure publico species ideo laudari non potest, quod municipia Jure Romanorum loco privatorum habi-



habita fuerunt. Analogiæ tamen juris illius non repugnat, exemplo earum legum, quibus jura personarum privata vel præjudiciis vel vindicatione ex jure Quiritum vel cognitione Prætoria petita leguntur, *ut in l. 1. de R. V. ex jure cuivis populo circa Cives suos competente remedia petitoria institui posse statuamus: Cujus doctrinæ utilitas inter Status Imperii Romano Germanici, de statu Civium Incolarumque suorum controvertentes, illustris est. Idemque Interpp. §. 13. Inst. de Actionibus in demonstratione usus præjudicialium actionum hodierni docuerunt. Ex jure Canonico actionis petitoria ex jure publico personarum exemplum desumi potest ex c. dilectis 55. X. de appellat. Ubi Decanus Presbyterum detentum ab Episcopo vindicasse legitur: Cujus vindicationis etiam causa & fundamentum in jurisdictione Decani, ad quam Presbyter spectaverit, constituitur.*

§. II.

Interdictorum vero ex Jure *Personarum* publico orientium in Jure Civili species illustris est Interdictum de libero homine exhibendo. *Exhibere* autem hoc loco est, in publicum producere, & videndi tangendique hominis potestatem præbere, i.e. extra secretum habere, *l. 3. §. 8. ff. de libero homine exhibendo. l. 2. ad Exh. l. 22. l. ult. d. V. S.* Cujus causa sive fundamentum ex parte Actoris est obligatio seu officium commune. *d. l. 2. §. 1. in fin. de Interdict.* quod quilibet Civis alteri imò libertati ipsi debet, *l. 2. & 3. §. 9. de libero homine exhibend.* Ex parte Rei, est factum detentoris injustæ: datur enim contra eum, qui hominem liberum, de quo constat talem esse, *l. 3. §. 7. h. t. dolo malo seu sine justa causa retinet, ac supponit, l. 1. pr. & passim. h. t. l. 13. ad exhibend.* neque refert, absens sit, qui conveniendus est, an non *d. l. 3. §. 14.* quod si non fecerit, reus litis æstimationem, & quidem aliis atque aliis agentibus sæpius præstabit. *d. l. 3. §. 13. add. Wief. in fin. h. t.* Juri Canonico convenit Interdictum, quod Prælati datur de Clericis sibi subjectis exhibendis, cujus causa ex parte Actoris, est potestas, quam Prælati habent in Clericos sibi subjectos, arg. *c. abbatem. 3. cum. seqq. 18. q. 2.*

B

tione



tione subjacent: *t. t. X. de Major. & Ob. add. loca proximè allegata.* Ex parte Rei, est detentio Clerici dolo malo facta: datur enim instar prioris, adversus eos, qui invitos dolo malo & sine causa retinent ac supponunt. *arg. à l. i. pr. & passim. de liber. hom. exhib. Bartol. ad eand. ubi n. 2. respondet ad l. ult. §. ult. eod.* Quorum Interdictorum exemplo recipi potest Interdictum, quo Civitates non Municipales seu superiorem non recognoscentes persequantur Incolas & Subditos. Cujus causa sive fundamentum ex parte Actoris sit jurisdictio seu Imperium Civile, quod superiores habent in subditos, *Molin. de just. & Jur. Tr. II. Disp. III. n. 10. conf. arg. l. 37. ad Municipal d. c. 55. pr. d. Appell.* Ex parte Rei, similiter, ut in speciebus antecedentibus, factum detentionis.

§. III.

Ex jure *Rerum Publico* Interdicta quæ nascuntur, respiciunt res, ut supra dictum, vel divini vel humani juris. De *rebus divini juris* unicum propositum est, *Ne quid in loco sacro fiat.* Causa sive fundamentum hujus actionis, ex parte Actoris, est Obligatio sive officium curandi ædes locaque sacra *l. i. ff. h. t.* quamvis autem cura ædium locorumque sacrorum præcipuè spectet ad hos, qui ædes curant, *l. i. h. t.* ut *Ædituos*, populare tamen est hoc Interdictum, & cuivis de populo competit, *Duar. & Cujac. hic Wesenb. in ff. hic, n. ult. per l. 10. C. de Episc. & cler.* Ex parte Rei est factum aliquod illicitum: agitur enim adversus eum, qui in loco sacro aliquid facit, deformitatis aut incommodi causa. Porrigitur hoc interdictum etiam ad locum sanctum, *l. 2. eod.* Eo tamen non potest agi adversus illos, qui loca sacra invadunt, exinde res sacras diripiunt aut imutant, aut alio transferunt, *Eckolt. §. 3. ibique Dn. Schvwendendorff. h. t. conf. Mind. de Interd. T. I. n. 16. seq.* de his enim factis aliis in locis cautum habetur. Est verò hoc interdictum duplex, prohibitorium & restitutorium: illo cavetur, ne quid fiat, hoc, si quid factum fuerit, jubet Prætor ut restituatur, *t. t. ff. Ne quid in loc. sacr.*

§. IV.



§. IV.

Ad res *humani juris* spectantia Interdicta sunt vel locorum terrestrium vel aquaticorum, l. 1. §. 1. *ut in flum. publ.* De *Terrestribus* interdictum est vel generale vel speciale. Generale est interdictum prohibitorium *Ne quid in loc. publ. vel itinere fiat.* Causa sive fundamentum ex parte Actoris est jus & interesse populi cuius interest, ne quid fiat in præjudicium usus locorum publ. *t. t. ff. ne quid in loc. publ. fiat.* Ex parte Rei faciendi, est conatus operis faciendi, quod Civibus nocere possit: datur enim adversus eum & ejus heredes, cæterosque successores, qui in publico quid molitur, ad impediendum publici loci vel itineris usum l. 2. §. 18. *ff. ne quid in loc. publ.*

§. V.

Inter specialia primum est prohibitorium, *de Itinere publ. & via publ. non deteriorandis* l. 2. §. 20. *Ne quid in loc. publ. vel Itin. fiat.* Viæ autem Publicæ solum publicum est, relictum ac directum certis finibus latitudinis, ab eo, qui jus publicandi habet, ut eâ publicè iretur, commearetur. l. 2. §. 21. *in fin. eod.* dicuntur hæ viæ *Βασιλικαί*, Regiæ, Prætoriæ, Consulares, Militares, d. l. 2. §. 22. nobis Imperatoriæ, Freye *Keyserliche Heerstraßen*/ *freye Reichstraßen*/ *Landstraßen.* *Vultej. de Feud. L. I. c. 5. n. 7. Cæpoll. d. S. P. R. c. 3. de servitutibus via. n. 16.* Causa sive fundamentum hujus actionis ex parte Actoris, est Jus Civitatis, d. l. 2. §. 2. Ex parte Rei, factum detentionis, datur enim adversus illum, qui viam iterve publ. deteriorius reddit. d. l. 2. §. 20. & *seqq.* Secundum est restitutorium, *de deteriora via restituenda*, cuius interdicti verba habentur *in d. l. 2. §. 35.* Causa hujus actionis ex parte Actoris est interesse Reipubl. constat enim rem utilissimam Reipubl. semper habitam esse, curare ut sine metu, molestia & periculo per vias & itinera publica quilibet commeare possit. l. 1. §. 1. *de his qui effud. vel dejec.* Ex parte Rei deterioratio, d. l. 2. §. 35. & *seqq.* C. J. A. θ. 6. & *seqq. d. t.* Quorum interdictorum species quædam sunt Interdicta de viis publicis *Urbicis & Rusticis.* De quibus *t. t. de via publ. & si quid in ea factum esse dicatur. t. t. de via publ. & itin. publ. resc.* Eorundemque Causæ sub causis



priorum continentur. Tertium agit de *Uſu viæ & Itineris publici non impediendo*, adeoque prohibitorium eſt. Cujus verba itidem extant in ſæpe dicta *l. 2. §. ſm. d. t.* Cauſa ſive fundamentum hujus Actionis ex parte Actoris ſimiliter eſt jus Civitatis *d. l. 2. §. 2.* datur enim cuiſvis de populo ratione uſus viæ vel itineris publici, ad id ut patiatur reus eum per viam publicam ire agere. Ex parte Rei, impedimentum, quo minus uti quis via vel itinere poſſit: datur enim adverſus impediendum, ne poſthac eum impediatur, & ut caveatur non fieri. Oldendorp. *Cl. II. Act. IX. facit l. II. C. de ſerv. & aqu.* Quartum eſt *de loco publico fruendo. t. t. de loc. publ. fruend.* & hoc præ cæteris ſingulare habet, quod illis ſolum utile ſit, qui loca publica conduxerunt, areas ſcil. inſulas, balnea, lacus, ſtagna vel veſtigalia in eis. Cauſa enim hujus actionis ex parte Actoris eſt conductio loci publici, ab eo qui locandi jus habuit. *l. I. pr. eod.* Ex parte Rei, vis, ne conductor ejuſve ſocius loco conducto juxta legem conductionis frui poſſit. *d. l. I. pr. §. ult. eod.*

§. VI.

Haſtenus de Interdictis, quæ ſunt locorum publicorum terreſtrium, ſequuntur nunc ea, quæ ſunt Aquaticorum. Quæ itidem ſunt vel generalia, vel ſpecialia. Generalium unum prohibitorium eſt, alterum reſtitutorium. Prohibitorium ſc. *Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. l. I. pr. junct. §. 20. de flumin. ne quid in flum. publ.* Cauſa ſive fundamentum hujus interdicti, ex parte Actoris eſt jus publicum utendi flumine ripaque publ. *d. l. I. §. 4. conf. Oldendorp. Cl. II. Act. IX.* Ex parte Rei deterioratio: competit enim adverſus illum, qui aliquid facit in flumine ripave, quo navium ſtatio iterque navigii, aut curſus fluminis deterior ſit *d. l. I. §. 12.* Reſtitutorium eſt, ut, *Quod in flum. publ. ripave ejus factum &c. quo ſtatio iterve navigio deterius ſit, reſtituatur, l. I. §. 19. d. t.* Cauſa ſive fundamentum, ex parte Actoris, eſt eadem, quæ prioris Interdicti. *d. l. I. §. 20.* Ex parte Rei eſt opus, quo ſtatio vel navigium deterius ſit, datur enim adverſus eum, qui factum immiſſumve habet, ſive ipſe fecit, ſive ab alio factum poſſideat, ut eo utatur *d. l. I. §. 21. & 22. facit l. 2. §. 37.*



§. 37. 38. *Ne quid in loc. publ. &c.* item qui dolo fecit, quo minus factum haberet. *l. un. §. ult. ne quid in flum. publ. fiat, quo aliter aqua fluat. &c.* jubetur autem is, qui factum vel immisum habet, restituere quod habet, si modo illud opus stationem vel navigium deterius faciat *d. l. i. §. 21.*

§. VII.

Specialia Interdicta sunt, cum de *Fluminibus* tum de *Ripa* seorsim. De *Fluminibus* tum minoribus tum majoribus, De *minoribus* & non navigabilibus proponitur interdictum (1.) Prohibitorium (2.) Restitutorium. *Prohibitorium*, quo Prætor vetat in flumine publico inve ripa ejus quid facere, aut quid immittere, quo aliter aqua fluat, quam priori æstate fluxit, *l. un. pr. ff. ne quid in flum. publ. &c.* Causa sive fundamentum ex parte Actoris est Jus Publicum utendi flumine publico, *l. un. §. 2. d. t.* Ex parte Rei incommodum damnumque injurium: competit enim adversus eum, qui aliter facit fluere, quam priori æstate fluxit, cum jus non haberet, *l. un. §. 1. 3. 8. 9. eod.* si vero quis faciat, vel immittat quid, sed per hoc opus aliter aqua non fluat, non tenetur. *d. l. un. §. 3.* Interdictum *Restitutorium* est, quo Prætor jubet restituere, si quid contra prohibitionem suam factum sit, *l. un. §. II. & seqq. eod.* Causa hujus interdicti ex parte Actoris eadem est, quæ superioris. Ex parte Rei factum immisumve: factum autem intelligitur jam consummatum: superius enim pertinet ad ea quæ nondum facta sunt, *d. l. un. §. 12.* hoc vero competit adversus eum, qui factum immisumve quid habet. *d. §. II. & qui dolo fecit, quo minus haberet §. ult. eod. & in heredes. Wesenb. π. h. t. in fin.* ad hoc ut restituatur, vel tollatur, quod factum est, *d. §. 12.*

§. IIX.

De *majoribus* & navigabilibus fluminibus proposuit Prætor Interdictum prohibitorium, quo vim fieri vetat, quo minus navigare quis possit in flumine lacu seu stagno publico, *t. t. ut in flum. publ. navig. lic.* Causa hujus interdicti ex parte Actoris, est jus Publ. navigandi. Ex parte Rei, impedimentum vi factum: prohibet enim Prætor, ne vis fiat ei, qui flumin. &c. publ.



publ. utitur licitè, eadem ratione, qua vim fieri vetat illi, qui via publica utitur, *d. l. un. §. i. h. t.* daturque adversus quemcunque prohibentem, ad id, ne amplius alteri fiat vis, quominus his utatur, e. g. onerando vel exonerando navem & ut eo nomine caveatur.

§. IX.

De Ripa seorsim vetat Prætor vim fieri, si quis ripæ agrivæ, qui circa ripam sit, tuendi muniendique causa facit, dum ne eo facto navigatio deterior constituatur. Causa sive fundamentum hujus actionis ex parte Actoris, est Jus Publicum utendi ripa fluminis publici, & in consequentiam ejus quid faciendi in flumine publico, ripæ agrive tuendi causa, *l. un. pr. de ripa munienda.* Ante opus autem factum cavendum est: post opus enim factum, si quid damni datum fuerit, persequendi hoc interdicto nulla facultas superest, sed lege Aquilia experiendum, *d. l. un. §. 5.* vel ejus loco actione in factum *arg. l. 17. d. S. P. U. Gothofred. in not. hic.* Ex parte Rei est impedimentum, quod reus facere properat, datur enim adversus illum, qui ripam munire impedit.

CAPUT TERTIUM

*De Actionibus & Interdictis ex jure Privato & primo Personarum*

§. I.

**A**ctionibus scil. liberali, actione ingenuitatis, & actione de liberis legitimis vel illegitimis, quæ dicuntur Præjudiciales. *Actio liberalis* est duplex: una qua quis ex libertate in servitutum petitur, *§. præjudiciales. Inst. de action. l. 8. ff. d. liberal. caus. t. t. ff. eod. l. 2. C. dict. tit. l. lite. C. eod.* similis actioni Confessoria. Altera, qua servus ad libertatem proclamat, Negatoria actioni similis. De utraque tractatur. *D. Lib. XL. tot. Tit. 13. C. Lib. VII. Tit. 16. cum seqq.* Causa sive fundamentum actionis prioris, quæ est instar Confessoria, est ex parte



parte Actoris dominium, ex parte verò Rei, quod hic se de facto gerat pro homine libero, & servilia ministeria actori denegat Conf. Petr. Jacob. *Practic. fol. m. 46.* Causa actionis posterioris, sive Negatoriae, ex parte Actoris est libertas, ex parte verò Rei injusta detentio, & coactio ad servilia ministeria: Petr. Jacob. *pract. loc. cit.* Remedium aliquod possessorium cum hisce actionibus proditum non concurrat: versantur enim circa ipsum statum controversum, cum alias, & extra causam status controversi, sicut dominus servum vindicare potest, ita & remedia possessoria eo nomine competant, e. g. Interdictum *utrubi. vid. Repertor. jur. Vigel. c. XXXI. pag. m. 232. & 33.* ubi *ll. citantur:* ad quem brevitatis ergo Benevol. Lectorem remitto. Et licet Interdictum quoque sit de libero homine exhibendo, de quo supra inter Act. & Interd. ex jure Publ. ex officio humanitatis sive studio tuendæ libertatis. *l. 2. §. 1. in fin. ff. de Interd. l. 3. §. 9. de libero hom. exhibend.* adversus eum qui supprimit hominem liberum, tamen & hoc non prodest eo casu, quo status est controversus, sed quando certum est, aliquem liberum esse. *Vultej. jurisprud Lib. II. c. XXI,*

§. II.

Actio Ingenuitatis datur vel Patrono asserenti adversarium libertum suum esse, vel contra ei, qui se ingenuum asserit, & adversarium Patronum suum esse negat, *Vultej. d. l. c. V. pag. m. 481. §. 1. Inst. de Interd. vers. exhibitor.* Prioris actionis causa, ex parte Actoris est beneficium manumissionis & inde competens Jus Patronatus, ex parte verò Rei denegatio obsequii & operarum. *conf. Dn. Struv. Ex. XL. §. 66.* Remedium possessorium cum hisce quoque actionibus nullum videtur concurrens legibus Romanis nominatum. Quamvis inter patronum & tertium, apud quem libertus est, non sua sponte, licet bona fide, extet interdictum de liberto exhibendo, *§. 1. Inst. de interd. vers. exhibitoria. l. 2. §. 1. vers. jur. ff. eod. ut scil. exhibeat libertum, & ne vim faciat, quo minus exhibitum ducere possit.*

§. III.



§. III.

Actio de *liberis legitimis vel illegitimis* est illa, qua status controversia liberis movetur, legitimi sint an illegitimi. Quæ vel inter parentes & liberos, vel inter alios exercetur. Quæ inter parentes & liberos, dicitur de *Partu agnoscendo, tot. tit. ff. de agnosc. liber.* quæ datur vel patri contra filium, se filium esse negantem, vel filio adversus patrem, qui se patrem esse negat, *l. 1. & 5. d. t. l. 9. l. pen. ff. d. Obseq. lib.* Et huic quoque nullum speciale remedium possessorium comitem dedisse leges Romanos animadvertere licuit.

CAPUT QUARTUM

*De Actionibus & Interdictis ex jure Rerum.*

§. I.

**E**X quibus Remediis alia de Universitate proposita, alia singularum rerum sunt. De quorum illis Compilatores Pandectarum priori loco docuerunt, *l. 1. ff. d. R. V. l. 1. §. 1. Quæ. bon.* qualia sunt hereditatis petitio tam Civilis quam Prætoria, & interdictum *Quorum bonorum.*

§. II.

Hereditatis petitio Civilis est actio Universalis, mixta, per *l. 7. C. de H. P. l. 25. §. 18. ff. d. H. P. conf. Dn. Præs. Disp. de jure rerum univers. c. 2. §. 7.* heredi vero adversus possessorem pro herede putativo, vel pro possessore, competens, ad hoc ut res hereditariæ ipsi adjudicentur. Dicitur *actio Universalis*, descendit enim propriè neque ex jure in re, neque ad rem, sed ex jure hereditario h. e. indeterminatè relato ad hereditatem & res hereditarias. Dicitur *mixta*, quia descendit ex causa composita actionum realium & personalium, mixtura non singulari, ut act. commun. divid. & fin. regund. sed universali, ut actio famil. hercisc. Dn. Præs. *loc. cit.* Causa hujus actionis ex parte Actoris, est jus hereditarium, non dominium: Jus autem



**J**ura silere ferunt in bello; ast  
stringitur ensis  
Ad leges strictas, ut Themidi  
os pateat.

*Ita charissimo ex Fratre Nepoti inter lituos  
& armorum strepitum, specimine Aca-  
demico, in Jurisprudencia sonoro, syl-  
vestri Camœna boni ominis ergo acci-  
nit*

**Carolus Faber, Pastor**  
Monasteriensis, in Valle.  
S. Gregorii.



**M**agnos quondam Orbi  
Doctores juris, & artis  
Atlantes **FABROS** Gallia  
cultatulit.

**C**

*Fab-*





*Fallor? an in Te nunc simili-  
lem Germania partum  
molitur, FABRO clara fu-  
tura suo.*

Boni ominis causa  
adposuit

Joh. Jacobus Reifeisen,  
Argent.



*Ad Nobilissimum*

**DN. RESPONDENTEM,**

*Ampliss.*

**DN. PARENTIS**

*vestigis strenuè insistentem,*

**R**Em magnam præstas, dum  
*causas judiciorum*  
*Cunctorum tractas, dulcis*  
*Amice palàm.*

Hinc



Hinc quoq; magnus honor TE-  
met laudesque manebunt,  
Fortunæ imo Tuæ *causa* eris  
atque FABER.

*gratulab. scr.*

*Ipsius à teneris conjunctissimus*

J. P. T. Jurisprud. Cult.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





ULB Halle 3  
006 609 04X



*Neu A + A4*


*KD17*











DISSERTATIO SOLENNIS

De

CAUSIS ACTIONUM  
ET INTERDICTORUM,

*quæq; his inserviunt,*

PETITORIIS ET POSSESSORIIS  
JUDICIIS.

Cujus

PARTEM PRIOREM  
JUDICE SUMMO FAVENTE

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
*atq; EXCELLENTISSIMI,*

DN. FRIDERICI SCHRAGII,  
Pandectarum & Jur. Can. in alma Treboccorum Uni-  
versitate Professoris meritissimi, p.t. Fac. Jur. Spectabilis Decani,

*Exhibet*

GUSTAVUS PHILIPPUS FABER, Lütz.

Auctor.

ANNO *ᾠεῖστος* M DC XC. Die Maji.

*in Auditorio majori*

H. S.



ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.



1690, 5, 6 2

82

